



ASSERTIONES

EX TOTAPHILOSOPHIA.

IN CATHOLICA ET CELEBERRIMA
INGOLSTADIENSIVM VNIVERSITATE.


A

DVOBVS E SOCIETATE IESV
AD PVBLICAM DISPVTATIONEM
PROPOSITÆ.

Kalendis Iulij Anno Christiano
M. DC. XIX.



Univ. Bibl.
München



Ingolstadii, Ex Typographeo GREGORII HENLIN.

ASSERTIONES

MAGNAE VIRGINI, OMNIS SA-
PIENTIAE REGINAE, GLORIOSISSIMAE
MARIAE, PARENTI SVAE AMANDISSIMAE
Filij æternùm addictissimi DD.

EX LOGICA.
THESIS PRIMA.

Logica est scientia secundum quid practica, & secundum quid speculativa, cuius obiectum sunt tres operationes mentis ut dirigibiles in modo cognoscendi. Logica utens est habitus opinativus probabiliter circa rem quamcumq; disputandi; Docens verò est scientia illa, qua operationes intellectus in modo cognoscendi dirigit. Hac ut habitus quidam est ad alias scientias acquirendas, non est necessaria simpliciter; actus autem ipsius, qui sunt iudicia de bonitate formæ in syllogismis non adeo evidentibus, item de Dictione, ac Definitione simpliciter necessarij sunt.

Univerſalia quinque sunt: quorum materiale est res, seu natura aliqua communis; formale autem ipsa universalitas, quæ duo dicit, Unitatem, eamque tam formalem, quam præcisionis, & Aptitudinem necessitatem inessendi pluribus. Unitatem formalem universale habet ante omnem operationem intellectus; non in præcisionis, neque etiam aptitudinem illam inessendi pluribus: est tamen universale simpliciter ens reale nominandum.

Univoca, & analogæ proportionalitatis propria, item quadam attributionis intrinsecè forientia denominationem ab aliqua formâ, unâ definitione primointentionali desiniri possunt: univoca quidem distincta; analogæ verò utcumq; confusæ. Quæ per se in prædicamento aliquo ponuntur, necesse est, ut sint unum univocæ, item ut sint entia per se finita reali, & tota. Prædicamenta sunt decem, unum substantia, aliqua accidentium tam absolutorum quàm modalium.

Substantia primus & intimus conceptus est per se existere, reliqui conceptus hunc sequuntur; ut non existere in alio, substare accidentibus &c. Relatio prædicamentalis est accidens reale subiecto superadditum. Instulat hæc relatio terminos realiter distinctos, & actu realiter existentes. Terminus respicitur à relativo quid absolutum: una relatio potest aliam fundare, si illa alia sit diversa speciei, qualis adhuc nulla alia in subiecto ex eodem fundamento.

Formale significatum signorum naturalium est ipsa aptitudo ducendi in alterius cognitionem, quam ex se habent, nec per aliud sibi superadditum. Formale autem signorum ex instituto est denominatio extrinseca ab instituyente. Se ipsum nihil significat.

Enunciatio mentalis iudicativa est unus numero simplex conceptus, expressè representans & iudicans regulam; confusè autem extrema, quæ præsupponit per diversam operationem, primam scilicet, iam apprehensa. Verbum EST in omni enunciatione est verbum Veritas vel falsitas in omni enunciatione Logica & propria reperitur: hinc etiam enunciations singulares de futuro contingente determinatam habent veritatē vel falsitatem. Falsitas in prima operatione mentis non datur, nisi per accidens.

Consequentia est una numero cognitio & qualitas, formaliter representans conclusionem ut deductam antecedente; & virtualiter ipsas præmissas, aut cognitionem præcedentem, quæ semper iudicativa esse debet: consequentiarum alia sunt consequentia tantum, alia etiam argumentationes, quarum aliqua materialis, aliqua formales: pro formalibus, tantum & omnes modos syllogismos agnoscimus, Enthymema, Inductio,

EX TOTA PHILOSOPHIA.

Inductio, Exemplum, aut argumentationes non sunt, aut non formales. Syllogismi indirecti tantum prima figurâ dantur.

3. Datur demonstratio, quia datur eius effectus, nimirum scientia, quæ est cognitio rei per causam. Alia Demonstratio est propter quid, alia Quia. Demonstratio propter quid semper est à priori, & per causas conclusionis siue efficientem siue finalem; siue materialem, siue formalem. Demonstratio Quia aliquando à priori est, aliquando à posteriori. Demonstrationis medium simplex potissimum, est definitio subiecti. In singularibus posset dari Demonstratio absolute loquendo etiam à priori.

EX PHYSICA.

9. Physica est scientia speculativa, cuius obiectum est corpus naturale quæ tale, quod tamen ut sic analogice dicitur de sublunariis & celestibus corporibus. Principia corporis naturalis in facto esse duo sunt, materia scilicet & forma: im fieri autem tria, additâ privatione. Materia prima est pura potentia subiectiva habens existentiam suam independentem à forma, in omnibus sublunariis corporibus eiusdem speciei, in generabilis, incorruptibilis. Potentia materia proxima seu particularis ad formas est materia accidentarii remota autem, seu universalis tam ad formas substantiales, quàm accidentales de ipsius essentia est.

20. Forma est actus substantialis cum materia unum per se constituens: Omnes formæ materiales naturaliter ex potentia materia debent educi; supernaturaliter tam illæ, quàm aliæ omnes creari possunt, imò etiam ipsum compositum, adæquate sumptum: accidentales autem tam materiales quàm spirituales ex potentia subiecti educi possunt saltem, si non omnes debent. Compositum distinguitur à singulis suis partibus seorsim & simul sumtis realiter inadæquate tanquam includens ab incluso: ab utraque autem ut iuncta non distinguitur, nisi ratione. Privatio principiat desinendo: de essentiali conceptu mutationis ut talis non est privatio proxima, nec remota, sed abstractans ab utraque, quæ nullam connotat dispositionem in subiecto: de facta tamen semper concurrunt privatio tam proxima quàm remota.

21. Natura est principium & causa motus &c. Motus hic non quivis intelligitur, sed ille tantum, qui in subiecto recipitur, in quo est natura, quæ hunc motum efficit: hinc motus cæli non est stricte naturalis, quæ effectivum principium sui non habet in eo subiecto, in quo ipse est, sed extra nimirum Intelligentiam assistentem; est tamen laxè naturalis quia est ex inclinatione tam materia quàm formæ, & quidem positivâ. Natura alia est partialis, totalis alia: natura totali & partiali analogice convenit definitio naturæ; partialis autem naturæ univocæ sunt tales.

22. Causarum generâ sunt quatuor. Causalitas causa efficientis est actio: materialis passio tam in facto quàm in facto esse; potest tamen etiam unio esse ipsius causalitas respectu compositi, si illud spectatur ut totum integrum. Causa formalis per informationem causat; finalis per actualem terminationem alicuius habitudinis ad se, quæ bonum quid est. Esse, secundum quod finis causat non est intentionale sed obiectivum. Formæ substantiales plures numero possunt esse in una materia per Dei potentiam, sicut & accidentales, aliquando etiam contraria.

23. Causa principalis immediata & instrumentalis simul immediate concurrunt ad effectum producendum: causa quidem principalis per virtutem propriam & proportionatam; instrumentalis autem non nisi eleuata à causa principali, & virtute ex se non proportionata: hæc eleuatio in actu primo nihil est aliud, quàm coniunctio aliqua instrumenti cum causa principali. Accidentia in passo aut medio recepta non effectivè instrumentali ad effectum ultimum concurrunt, sed illa tantum, quæ in ipsa causâ principali inhere

24. Quantitatis essentialis conceptus consistit in aptitudinali impenetrabilitate partium. Primò in ordine se, secundariò in ordine ad locum. Nulla quantitas, nec quantum habet omnes partes suas posibles ad aliquas tamen habere potest. Primò, si illæ partes aliquando separatæ fuerunt, tum semper actu manebunt in continuo. Secundo, per designationem vel intrinsecam à diversis formis, vel extrinsecam ab intellectu &

divisibilia, quæ ad continuum necessaria sunt ut copulæ, & termini, sunt entia modalia non tamen im-
 igit designari in continuo etiam indivisibilia absoluta, quæ à Deo separari possunt, hæc tamen ad continuum
 in sunt necessaria. Infinitum actu nec datur, nec dari potest per absolutam Dei potentiam.

Motus pro ut ab Aristotele definitur, actus entis in potentia quatenus in potentia, includit tam motum
 recte sumtum & successivum, quàm etiam mutationem quamlibet instantaneam. Strictè loquendo, mo-
 tus est successiva forma acquisitio, ita tamen, ut actualis successio non sit de ipsius essentia, sed tantum apti-
 tudinalis, excepto motu locali. Generica & specifica distinctio motus essentialis sumitur maximè à termi-
 nis, genere aut specie differentibus, accidentales differentia etiam aliunde importari queunt. Idem numero
 motus, eundem numero terminum, idem numero subiectum requirit &c. hinc lapis, si inter cadendum in
 urum verteretur, alium numero motum haberet ab illo, quem habuit, quando adhuc lapis fuit. duarum
 uttarum in casu continuatarum motus etiam continuabuntur, non ratione successiois, sed extensionis.

7. Locus est superficies prima corporis continentis immobilis. Una numero res in duobus locis definitivis aut
 cramentalis esse potest. Nec implicat etiam unam rem in duobus locis circumscriptivis eodem tempore
 3e; hoc si fieret, posset unus numero homo in uno loco mori, in altero vivere, in uno dormire, in altero vigi-
 re, aliasq; actiones exercere in uno, quas non exerceret in altero. Eodem tempore duo corpora esse in uno
 con implicat.

Tempus secundum quid est ens rationis & secundum quid ens reale, quæ duratio motus, ens reale est;
 ita verò in partes divisum, ens rationis. Propriè illa dicuntur esse in tempore, quibus tempus est in-
 inscècum velut modus modificato suo, ut motui; tunc ea quæ motui subiacent, ut corpora sublunaria &
 rruptibilia; reliqua per accidens censentur esse in tempore. Nulla pars temporis, strictè loquendo, præsent
 t cum consistentia, sed tantum cum fluxu.

Mundus nec fuit, nec potuit etiam per absolutam Dei potentiam fieri ab æterno, tam quo ad entia succes-
 va, quàm permanentia. Nobilissimum corpus mundi magni est cælum, quod ex essentia sua incorruptibi-
 est, quia habet materiam diversæ speciei à sublunariis. Cælum agit in sublunaria non tantum per lucem,
 d etiam per alias virtutes occultas, quas influentias vocamus. Possunt produci à cælo formæ elementorum
 bstantiales, item mixta non viventia, planta, animalia imperfecta nasci solita ex putri materia, quæ tamè
 m sunt diversæ speciei ab illis, quæ ex semine gignuntur. In intellectum hominis & voluntatem nihil cœ-
 um potest agere, nisi indirectè.

7. Elementa quatuor esse collegit Aristoteles ex motu locali recto. motus localis terminus est ubi, seu ipsa
 bicatio rei motæ, quæ est modus aliquis ubi ubi, extensus & divisibilis etiam in entibus spiri-
 talibus. Instrumenta ad motum localem efficiendum sunt gravitas & levitas, & quedam qualitas, quæ
 mpulsus vocatur. Unum corpus duobus motibus contrariis moveri impossibile est. Motus in puncto refle-
 ionis aliquando privativè, aliquando tantum negativè quiescunt.

Actio est ultimus actus agentis &c. Passio verò actus Patientis &c. Distinguntur inter se ut duo mo-
 vniis modificati. actio quæ substantiam producit, non est modus substantialis. Potest idem suppositum
 vere in se ipsum actione perfectiva & corruptiva, secundum diversas partes integrantes; & secundum e-
 idem partem actione perfectiva. simile in qualitate & gradu non agit in simile siue densius siue rarius.

Actio in distans non datur, quia ad actionem Physicam contactum Mathematicum saltem mediatum,
 r contactum physicum immediatum requirimus. Reflexa actio non fit effectivè ab obstaculo. In antipe-
 rasti qualitas obfessa contrario, si naturalis subiecto est, à sua forma intenditur; si naturalis non est, tran-
 irationaliter impedita vires in proxima corpora exerit. Datur vera reactio patientis in agens. Semel corruptu
 turaliter reproduci non potest, quod tamen DEO negandum non est, etiam in entibus successivis.

Generatio substantialis, in unitione essentialiter consistit, quæ cum per se sit instantanea incipit definitq;
 intrin-

intrinsecè, ut omnia quæ per instans tantum existunt. Ipsa substantialis forma desinit extrinsecè incipit in
 trinsecè. Successiva entia si non summuntur ut tanta extrinsecè incipiunt & desinunt; ut & acciden-
 permanens extrinsecè desinit si à contrario expugnetur; aliàs tale accidens spectatum absolute vel ut tantum
 & incipit & desinit intrinsecè. Generationis humana totalis terminus est compositum; formalis, unio m-
 dus in sua entitate materialis.

23. Ad corruptionem substantialem sufficit solius unionis destructio, & formalis causa corruptionis no-
 est introductio formæ oppositæ, sed ipsa realis negatio, seu discessus formæ abentis. Corruptio generatione p-
 sterior est non tam ordinis intentionis, quàm executionis, in qua naturaliter non fit resolutio usque ad mat-
 riam primam.

24. Alteratio ut est motus ad contrariam qualitatem naturaliter continua & successiva est. Ipsa etia
 indivisibilia tam extensionis quàm intensiois possunt successivè continuèque produci. Intenditur qualis
 additione novæ entitatis ad priorem, quæ entitates gradus vocamus; partes nimirum unius qualitatis p-
 penetrationem coniunctas & unitas non tantum cum subiecto sed etiam inter se, inherentes eidem subiecto
 secundum eandem partem, omnes eiusdem speciei & perfectionis.

25. Formæ elementorum non sunt primæ qualitates, ita tamen elementa qualitatibus istis instructa sun-
 ut quodlibet unam habeat in summo, unamque in excellenti cum admixtione contrarij. Terra est siccissim-
 aer humidissimus. Loquendo non de totali elemento sed de parte tantum aliqua, tunc tam mediatè qua
 immediatè potest quodlibet ex quolibet generari, etsi facilius symbolica in se invicem convertantur.

26. Mixtio est miscibilium alteratorum unio: formæ elementorum in mixto non manent actu sed potenti
 Mixtio formaliter consistit, in unitione formæ mixti cum materia miscibilium & unitione miscibilium
 inter se, quæ unitiones non geminæ sed unæ eaque instantaneæ actione transfigurantur. Mixtioni opposita
 putrefactio, corruptio eius quæ in unoquoque humido secundum naturam est caliditatis, ab aliena caliditate
 quæ est ambientis.

27. Meteororum causa materialis est vapor & Exhalatio. Hæc terra, illa substantialiter est aqua. Cau-
 efficiens sol, cælum, ignis, antiperistasis. Fulmen non est lapis, sed ignita copiosaq; exhalatio maximo impe-
 a nube prorumpens. Cometa sublunares, ut alia spectra luminosa, astra cadentia, sidera discurrentia &
 ex materia non absimili coagmentantur, & accidentaliter tantum inter se distincta sunt. Nubes, nebu-
 nix, grando, ros &c: ex vapore aqueo variè gignuntur. Sexangularis figura causa in nive ipsa forma su-
 stantialis est.

28. Apparentia meteoræ, ut Iris, Halo, Parelium varia luminis reflexione fiunt, nube ita disposita, ut opa-
 tate impediti radij reverberentur. AËstus maris probabilissimè ad astra & præsertim lunam refertur.
 Elumina non necessarîo ex mari oriuntur. Venti sunt terreæ exhalationes sursum evolantes, quæ nubis
 frigidæq; aëris occursum impediunt ac retortent ipsum aërem concutiunt.

29. Anima est actus primus corporis naturalis, organici, potentia vitam habentis. Quando corpus, cui
 actus est anima, debet potentia vitam habere, non requirimus potentiam proximam quæ consurgit ex p-
 sentia ipsius causæ principalis, sed illa satisfacit quæ oritur ex sufficientibus dispositionibus ad vitam quæ
 vocant accidentalem animæ vegetantis. Animarum tria sunt genera, vegetativum, sensitivum & rat-
 nale. Animatorum verò quatuor, vegetativum, sensitivum, loco-motivum & rationale, anima rationalis
 indivisibilis, materiam divisibilem divisibili unione informat. Reliquæ dividi possunt in partes integran-
 entitativas ubique homogenas.

30. In generatione humani & bruti una statim & perfecta anima introducitur, neque necessarium est
 imperfectiores precedant, quæ excellentiorum adventu destruantur. Multo minus simul & eodem temp-
 plures animas in eodem vivente admittimus, sed unam tantum, quæ cum in bruto sensitiva sit, eadem eti-

A S S E R T I O N E S

formaliter quam virtualiter est vegetativa, ut etiam in homine rationalis pari ratione sensitiua ac vegetalis est. Præter animam dantur in uiuente alia forma substantiales in se, & ab anima diuersa, quæ in singula unam tantum materia partem informant dicuntur Partiales, non ita de essentia uiuentis, sine illis uel per absolutam Dei potentiam posse esse uiuentis. Formam corporeitatis & alias, quas non prædicatis essentialibus consingunt, ut superfluas & impossibiles merito reuicimus.

Potentia ab anima sua ita strictè realiter distinguuntur ut à Deo in lapide collocari possint etiam si imbraturæ non sint. Potentia omnes effectiue ab anima producuntur. Spirituales in toto corpore reperiuntur, & illorum subiectum quod est anima, cum qua sunt indissolubiles. Materiales in materia subiectantur, atque diuisibiles cum suo subiecto. Sumunt potentia specificationem suam ab actibus, atque obiectis non materialibus atque inadæquatis, sed formalibus & adæquatis, ita ut circa plura specie obiecta pluribus specie actibus possit unica potentia occupari.

Anima vegetatiua quaterius potentias assignamus. Principales tres, ut nutritiuam, generatiuam, & augmentatiuam: ministerialem unam, cuius officium sit attrahere, retinere & expellere. Nutritiua essentialiter consistit in ea actione substantiali, qua alimentum intus susceptum & proximè dispositum in uentris substantiam conuertitur, qua actio per se est instantanea.

Augmentatio est motus proprie dictus & successiuus ad quantitatem in uiuente: fit ista appositio per additionem seu continuationem duarum quantitatum; quæ tamen additio terminis suis inclusa, nequit abire infinitum. Rarefactio non fit per aduentionem nouæ quantitatis, nec condensatio per partium penetrationem, sed manente eadem quantitate, ac posita qualitate raritatis aut densitatis fit dilatatio in rarefactione, contractio in condensatione per aliam extensionem actualem, intercedente locali motu partium imaginariæ illibatâ continuitate.

Sensitiua potentia agit simul & patitur, cum ad operationem suam requiritur impressam speciem, quæ adducitur ab obiecto in instanti, in organo & medio. Hæc imagines non necessario à suo producente in conseruatione aliqua breuissima dependent, concurruntque ad ipsam actionem uitalem sensitiuam ut instrumentalis partialis causa obiecti. Species materiales entitatem habent diuisibilem, representationem indiuibilem. Possunt ad sensationem obiecti tum absentis tum non existentis concurrere sed diuinitus; quo auxilium potentiam ita eleuari posse existimamus, ut obiectum non existens etiam sine specie percipiatur.

Sensibile per se aliud proprium aliud commune dicitur. Communia quinque numeramus, magnitudinem, figuram, numerum, motum & quietem, atque hæc sensibile proprium modificari dicimus, ita ut commune sine proprio percipi non queat, possit tamen supernaturaliter sentiri proprium absque communi. Circa sensibile proprium potentia extra genus errare non potest.

Animal sensitiuum sex sensus habet. Internum unum, reliquos externos. Interni sensus obiectum est ens sensibile per speciem materialem tali ratione, qualis sensus externus sentire non potest. Species istius sensus in seruari ab obiecto non dependent, & producuntur ab expressa specie sensus externi: pro subiecto spiritus animales habent, cerebrum pro organo, subordinantur huic potentia appetitus sensitiuus, & potentia localis hæc in musculis, tendonibus, aut æquivalente residet: ille pro obiecto habet sensibile ratione boni & mali; pro organo cor ipsum.

Visus obiectum est lux & color, lux à lumine tantum accidentaliter distinguitur. Organum Hamoræ crystallinum cum aranea tunica constituit. Auditus sonum percipit productum à duobus sonantibus elidentibus corpus medium. Sonus multiplicatur ut plurimum per speciem non tamen semper. Echo probabilius huius speciei reflexione contingit. Organum auditus membrana est, quæ innatum aërem complectitur. Truncula & mammillares organum obiectus sunt, qui odorem tam realiter quam intentionaliter dispersum sentiunt. Gustus organum linguam, palatum & gulam occupat; saporem sibi pro obiecto pendicat. Obiectum gustus

E X T O T A P H I L O S O P H I A .

actus primæ qualitates sunt cum quibusdam secundis. Organum eius nerui sensorij; ad quos obiecta à qua species solas; quadam actioni physica aduertas transmittunt.

38. Anima rationalis substantia incompleta, spiritualis, non ex sola Conditoris voluntate, sed propria natura immortalis est: omnes uero anime eiusdem inter se perfectionis sunt, non tantum essentialis sed etiam accidentalis. Creantur à solo Deo ex nihilo. Habet rationalis anima superadditas sibi tres. realiter distinctas & spirituales potentias. Intellectum cum quo memoria identificatur, uoluntatem & potentiam loco motiua inorganicam uel sui futuram in statu separationis.

39. Intellectus ad operationem suam speciebus impressis uirtutibus ab agente intellectu in passibili producti cuius deinde est expressam in super speciem seu uerbum mentis elicere. Ad speciem impressam, spiritualis productionem, phantasma seu interui sensus expressa species ita requiritur ut in genere causa efficiens instrumentalis concurrat. Obiectum intellectus est ens intelligibile, hoc est omne id quod est, aut esse potest, & intelligibili specie illuminabile est: Per propriam tamen speciem & directe tantum accidentia ab intellectu percipiuntur nec tamen omnia. Deus, angeli, substantia, accidentia sensus materiales latentia, alienis seu analogis speciebus intelliguntur; uniuersalia uero per singularium species. Intellectus agens probabiliter à Possibili realiter distinguitur.

40. Voluntas intellectu ignobilius obiecti loco habet Bonum qua bonum, quod prosequitur, & oppositum boni Malum qua malum, quod exsecratur; nunquam autem uoluntas appetit malum qua malum est. Dependet in operatione sua necessario ab intellectu cognoscente, qui tamen uoluntatem non mouet physice sed moraliter tantum, ut conditio. Datur in homine liberum arbitrium, quod est uoluntas libera, ita ut quoad exercitium erga quoduis obiectum sit liberrima. Neque libertas isthac laeditur, etiam si quoad specificationem homo bonum ut sic non possit odisse, nec malum amore complecti.

E X M E T A P H Y S I C A .

41. Metaphysica est scientia speculatiua, & proprie dicta sapientia: pro obiecto habet Ens reale in communem prout abstrahit à materia tam re quam ratione. Ens substantiue acceptum essentiam expresse significat subobscurè connotans existentiam; adiectiue uero acceptum expresse existentiam, in confuso ipsam essentiam significat.

42. Ens in communi sumtum non uniuocè de omnibus entibus dicitur sed tantum analogicè: de iis uero quæ sunt eiusdem generis uniuocè prædicatur, ut de substantijs completis &c: Ens proprie non est genus, qui non est gradus aliquis ab inferioribus ex natura rei distinctus, sed ratione tantum, sicut neque contrahit ad inferiora per aliquid realiter à se distinctum: dicitur tamen de omnibus entibus maxime essentialiter, substantiue accipitur, secus si adiectiue.

43. Principia incomplexa entis actu existentis interna sunt, essentia & existentia. Essentia est id quod per se & primò de re dicitur. Existentia uero est modus essentia quo res formaliter dicuntur esse extra suas causas: hic modus essentia est accidens prædicabile, secundum entitatem uero potest esse uel accidentaliter uel substantialiter, pro ut res fuerit qua illa existit.

44. Gradus prædicamentales distinguuntur inter se actu realiter ex natura rei. Idem iudicium esto de distinctione omnium differentiarum à suis generibus speciebus & indiuiduis: Suppositualitas est modaliter distincta ab essentia & existentia, in rebus creatis. Accidens à substantia in hoc maxime distinguitur, quia illud strictè inhaeret in substantia, illa autem per se existit uel totali subsistentia, uel modo tali qui cum alio totaliter subsistentiam constituit: potest tamen Deus accidens conseruare sine inhaesione actuali, & illi quasi dare aliquid quam per se sentiam. Substantia uero nec per Dei potentiam strictè in subiecto inhaerere potest.

45. Subsistentia est ultimus terminus & ultimum complementum substantia reddens eam formaliter incommunicabilem alteri supposito; & in hoc distinguitur ab hæcitate seu gradu indiuiduali: uel

ASSERTIONES EX TOTA PHILOSOPHIA.

6. Essentiam aliquam non reddit incommunicabilem alteri supposito sed tantum aliis inferioribus.
7. Entis passiones incomplete potissimum sunt tres: unum, verum, bonum: unitatum genera tot sunt quot functionum quae sunt opposita unitatibus, celeberrimae ex distinctionibus haec sunt. Strictè realis, quam habent entia diversa habentia existentiam. Ex natura rei, quam habent entia, quarum alterutrum aut utrum potest sine altero existere etiam per Dei omnipotentiam: distinctione rationis illa res habent, quae non si per intellectum distinguantur. Haec proprietates unum, veri nihil reale positivum superaddit, sed tantum negationem divisionis in se.

7. Veritas signi est conformitas intellectus cum re representata. Veritas rei seu transcendentalis consistit in conceptu, quo representatur ens ut fundamentaliter conforme alicui intellectui intelligenti siue creato siue increato, siue actu siue potentia intelligenti. Falsitas transcendentalis non datur. Bonitas transcendentalis consistit in eo conceptu quo Ens concipitur ut conueniens vel sibi vel alteri vel universo. Malum transcendens non datur.

Cum facultate superiorum.

